De duodecim mensibus

Quidam autem nominant Ianuarium iani esse nuncupatum
quia limes et ianua sit anni: Hunc postea Gayus
Iulius Cesar et hodie servatur et instituit

Mensis .1.

Ianuarium et februarium menses Numa pompilius
anno addidit utrique .28. tribuens dies Sed
postea Ianuario .1. diem propter imparem
numerum qui diis superis convenit addidit eumque
a Iano ianuar vocavit: primumque esse voluit
tamquam bicipitis dei mensem respicientem atque
prospicientem transacti finem futurique principia

Mensis .2.

Februarium a februario id est plutone inferorum
deo numa vocavit: Qui lustrationum potens
esse credebatur: Lustrarique eo mense civitatem
necesse erat: quo statuit ut iusta diis manibus
vota solverent: Ideo huic pari numero diis in-
feris congruo dederunt .2.
Sequentes autem .10. menses Romulus ordinavit
uni .31. alteri .30. alternatim dies tribuens
omnesque in .304. dies concludens Post numa
50. dies et numerum in duobus mensibus addidit
annumque ad lune cursum peractum computavit Postea
Iulius cesar .10. dies addidit annumque in .365.
diebus et .7. horis ad solis cursum ut hodie ser-
vatur instituit

Mensis .3.

Marcium mensem cum sequentibus novem Romulus
ordinavit: primumque anni mensem illum esse

nascitur: et cum marti unus se filium crederet dicatur eo quod hoc mense contra consuetudinem peperisset martem in frigia Vrbe et a marte martius vocatur

Mensis. 4.

Aprilem mensem quasi aperilem Romulus vocavit eo quod in illo remotis nubibus, primum ac tempestatibus hibernis, celum, terra et mare, naute agricole, et horoscopes aperiant. Arboresque et herbe in germine se et animalia quoque in prolem se aperire incipiant

Mensis. 5.

Maius in honorem maiorum sicut Iunius in honorem Iuniorum in quos populum diviserat romulus vocaverunt

Mensis. 6.

Iunius a iunioribus populi R. appellatur sive ut Cyngnius arbitratur iunonius antea vocatus est a Iunone: et postea de verbis quibusdam literis demptis iunius dictus est Nam et edes iunonis monete Kl. Iunij dedicate sunt

Mensis. 7.

Iulius: prius dictus est quintilis: quia a principio tunc mense martio .5. est. sed postea in honorem Iulij cesaris legem ferente: M. Antonio consule: Iulius dictus est, quod hoc mense 4. idus quintilis: iulius procreatus sit

Mensis. 8

Augustus mensis sextilis antea vocabatur donec honori Augusti cesaris daretur quia sed consulatu eo

q die prima huius mensis Antonium cum Cleopa
tra superavit : et imperium ppli · R · firmavit

Mensis · 9 ·

September quasi septimus imber vocatur, eo quod septimus
a martio pris quondam mensis plerumque imbri
bus et nimbibus observetur

Mensis · 10 ·

October sicut et september a numero et imbribus
appellatur significans quottus a martio com
putetur et quot imbribus irrigetur

Mensis · 11

November nomine suo sicut priores menses itaque
sicut a martio sit et quod imbres sepe habeat

Mensis · 12 ·

December a numero et Imbribus sicut priores · 4 ·
nominatur